

militum venerat acies et urres pro-  
hibere voluit predicti montis ascensum.  
Tunc enim bellum ineptum est mili-  
tibus et pedibus nullis bellantibus  
ex adverso. et licet per aliquam  
diei partem bellum durasset  
novissime tamen separationem  
optaverunt florentini. Et licet  
inimicos um dampno relinquerint  
maius tamen dampnum ceteris  
qui remanserant retulerunt.

Cum essent vice quadam florentini  
ad obsidionem castri quod dicebatur  
castellione in introitu vallis trone  
siti. ecce senenses venerunt su-  
per montem qui dicitur montis  
maior abbatie de insula super-  
minentem super ipsum castra  
ponentes ut ipsorum forte metu  
ab obsidione florentini cessarent.  
dominans autem ad contionem  
congregans universos capto vexillo  
et monitione congrua premissa in-  
ter cetera dixit: